

divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, quia nos ob aeternam remunerationem et per interventum Gisalberti fidelis et admodum dilecti ducis nostri sanctae et venerandae ecclesiae in villa Eycke nuncupata sub honore beatae dei genitricis semperque virginis Mariae constructae ac dedicatae quamdam hereditariam rem, quae olim prius ei fuit ablata^a, familiae sanctarum virginum Reginelae et Hardlindae in eadem ecclesia quiescentium iure perpetuo possidendam restituendo tradidimus ac transfudimus: hoc est ad terminum locorum ad Rhenum Grueslo et Waladorp nominatorum mansos XVIII cum terra salica, curtilibus quoque et aedificiis mancipiis utriusque sexus terris cultis et incultis agris pratis campis pascuis aquis aquarumque decursibus molendinis vineis piscationibus viis et inviis exitibus et redditibus quaesitis et inquirendis omnibusque rebus magnis et parvis ad praefatam rem pertinentibus. Iussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi firmiter praecipientes, quatenus praefata familia deo devota talem inde ulterius habeat potestatem, sicut et de aliis rebus, quae ab antiquis^b temporibus ad praelibatam ecclesiam pertinere videbantur. Et ut hoc praeceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus et annuli nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum domini Henrici serenissimi regis.

Simon notarius ad vicem Ruodgeri archicancellarii recognovi.

Data kalendis decembris anno incarnationis domini DCCCCXXVIII, indictione III, anno autem X. regni Henrici regis; actum in loco Walahusa dicto; in dei nomine feliciter amen.

II. Die Diplome Otto's I. für Walpert und Heinrichs IV. für Ordulf Löwenberger.

Von H. Bresslau.

Am 27. September 1736 hat der Prediger Ludwig Schönholtz zu Marwitz und Velten dem König Friedrich Wilhelm I. von Preussen eine Eingabe überreicht, in welcher er berichtete, 'laut glaubwürdiger Documenten und Attestatorum einiger von Adel' sei er nebst seinen Brüdern 'eines wahren, uralten, adligen Geschlechts der Löwen-

a) oblata A; vgl. DO. I. 466. b) quae contiguus A; vgl. DH. I. 35; DO. I. 466.